DE PRIMULIS ITALICIS TENTAMEN INAUGURALE QUOD...

Alessandro Lattuada



25

DE

PRIMULIS ITALICIS

TENTAMEN INAUGURALE

QUOD

ANNUENTIBUS MAGNIFICO DOMINO RECTORE
PERILLUSTR. FACULTAT. MEDIC. DIRECTORE
SPECTAB. D. DECANO NEC NON CLARISSIMIS
D. D. PROFESSORIBUS

AUSPICE
JOSEPHO MORETTI
OECONOM. RURAL. P. PROF. ET BOTANIC. SUPPL.

PRO DOCTORIS MEDICINAE LAUREA

RITE CAPESSENDA IN CELEBRATISS. I. R. ARCHIGYMN. TICINENSI

Mense Aprilis an. M. DCCC. XXXI

UNA CUM THESIBUS ADNEXIS

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTEBAT


ALEXANDER LATTUADA

EX CARONNO IN PROV. MEDIOL.



TICINI REGII

Ex Typographia Fusi et Socii.



PROOEMIUM.

Quum crebra Primulacearum familia praesertim penes italos sit propagata, plurimae praeterea species cum aliis confundantur, permultae nundum plane innotescant, aliaeque demum haud congrue descriptae occurrant; idcirco rei botanicae cultoribus acceptum offerre opus autumo, quod justam respiciat monographiam de variis primularum speciebus, quae in hac nostratum peninsula gliscunt. Quod quidem eo libentius suscepi, quatenus mihi talia lucubranti maximum praesidium clarissimus Professor *Moretti* est impertitus, cujus Viri doctrinam, et in

perutilibus peregrinationibus solertiam aeque ac comitatem indesinenter reverebor et magni faciam.

Parumper in usum medicum primulae adsciscuntur, immo duntaxat *Primula officinalis* et *Primula Auricula*; quapropter de hisce singillatim fusius eloqui mihi mens est; et sic academico, quo obstringor, muneri pro virium modulo defungar.

PRIMULA.

Linn. Gener. plant. n. 197. p. 80. ed. *Schreb.* u. 258. *Lam.* Illustr. t. 98. *Gaert.* Fruct. t. 50. *Juss.* Gen. p. 108. *Jaum S. Hill.* Fam. 1. pag. 222. *De Cand.* Fl. fr. 3. p. 444. *Lehm.* Mon.
Primula veris et Auricula *Tournefort,* Inst. t. 46. 47.

CHARACTER GENERIS.

Invol. umbellulae polyphyllum in quibusdam speciebus 1—2 phyllum minimum.

Cal. perig. inferum gamosepalum tubulatum in nonnullis speciebus pentagonum persistens plus minusve quinquedentatum sive quinquefidum laciniis erectis.

Corol. gamopetala infera hypocrateriformis s. infundibuliformis. Tubus cylindricus longitudine calycis, s. 2—3—4plo longior, collo parvo hemisphaerico terminatus. Limbus patens quinquefidus, in quibusdam speciebus basi annulo spongioso: laciniis aequalibus obcordatis emarginatis s. semibifidis obtusis. Faux pervia in nonnullis speciebus villis albidis tecta.

Stam. filamenta quinque subulata in collo corollae. Antherae oblongae acuminatae erectae conniventes inclusae.

Pist. ovarium superum globosum vel oblongum. Stylus filiformis longitudine fere tubi. Stigma globosum.

Peric. capsula subrotunda s. ovata s. oblonga s. conica s. cylindrica longitudine fere perianthii s. duplo longior, unilocularis, apice dentibus decem dehiscens.

Sem. numerosa subrotunda glabra s. rugoso-scariosa margine saepe membranaceo cincta, receptaculo centrali ovato-oblongo libero adfixa.

1. *Primula vulgaris* Huds.

P. foliis obovato-oblongis dentatis, erosis, subtus villosiusculis, scapis unifloris, corollae limbo plano.
P. vulgaris *Huds.* Fl. angl. p. 83. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 226. n. 322. *Sav.* Bot. etrusc. 1. p. 128. *Nocc.* et *Balb.* Fl. tic. 1. p. 94.
P. sylvestris *Scop.* Flor. carniol. 1. p. 132. n. 204.
P. acaulis *Allion.* Fl. ped. 1. p. 91. n. 331. *Guss.* Fl. sic. 1. p. 228. *Sebast.* et *Maur.* Fl. rom. pr. p. 95. n. 250. *Lehm. monog.* n. 5.
P. grandiflora *Lam.* Fl. franc. 2. p. 248. *Dub.* Bot. gal. 1. p. 384.
P. brevistyla *Dec.* Fl. fr. suppl. p. 383.
P. bicolor. *Rafin.* Caratt. nuov. gen. p. 78. t. IX. f. 3.
P. veris γ. acaulis *Linn.* sp. pl. p. 205.
Alisma sylvarum *Columm.* Phytobaz. ed. 1. p. 21. t. 6. f. 1.
Habitat in sylvis, et dumetis; vulgatissima.

2. *Primula officinalis* Jacq.

P. foliis dentatis rugosis in petiolum subcoarctatis obtusis, scapo multifloro, floribus nutantibus secundis, corollae limbo concavo.
P. veris α *Linn.* Spec. pl. p. 204. *Lehm.* monog. n. 4. *Comoll.* Com. pr p. 31. n. 213.
P. officinalis *Jacq.* Misc. austr. 1. p. 159. n. 3. *Allion.* Fl. ped. 1. p. 91. n. 332. *Pollin.* Flor. veron. 1. p. 226. n. 323. *Morett.* notiz. piant.

vicent. ed. 1. p. 7. n. 15. ed. 2. in Memor. 1. p. 249. n. 15.

Alisma pratorum *Columm*. Phyt. p. 21. t. 6. f. 2.

Species praecedenti rarior. In montibus collibusque crescit, ast aequum agrum, ut *P. vulgaris* non petit. In regionibus itaque, quibus tamquam medicamen adhibetur, in viridariis colitur, plures et per differentem corollae colorem harum varietates agnoscuntur.

3. *Primula elatior* Jacq.

P. foliis dentatis rugosis, subcordatis, petiolatis, scapo multifloro, corollae limbo plano.

P. veris β elatior *Linn.* Sp. pl. 1. p. 204. *Petagn.* Instit. bot. 2. p. 331.

P. elatior *Jacq*. Miscell. austr. 1. p. 158. *Pollin.* Flor. ver. 1. p. 227. n. 324. (exclus. Synon. Flor. ticin.) *Comol.* Com. pr. p. 32. n. 219. *Lehm.* Monogr. p. 33. n. 6. (exclus. Synon. *Tenor.* Fl. napol.)

β, calycibus 5-partitis.

P. Flüggeana *Lehm.* monogr. p. 36. n. 7.

P. Perreiniana *Flugg.* Ann. du Mus. 12. p. 420. t. 37. ic. bona.

Provenit in omnibus nostris alpibus etiam non tam elatis a monte *Cenisio* usque ad *Cren.* Varietas β. apud Bassanum reperitur (*Morett.* Hort. sicc.)

4. *Primula Columnae* Tenor.

P. foliis cordato-ovatis, dentatis, villosis, subtus albo tomentosis; scapo centrali multifloro; tubi corollae fauce hemisphaerica.

P. columnae *Tenor.* Fl. nap. prodr. 1. p. xiv. pag. 54. n. 50. t. 13. Flor. medic. 1. p. 124. *Morett.* Osserv. all. Fl. veron. p. 29.

P. suaveolens *Bertol.* Am. it. p. 95. *Röem.* et *Schult.* Syst. veg. 4. p. 133. *Spr.* Syst. veget. 1. p. 573. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 231 *Lehm.* Monogr. 25. n. 2. t. 1. fig. bona.

P. elatior *Bertol.* Pl. gen. p. 36. n. 70. *Nocc.* et *Balb.* Fl. tic. 1. p. 94. (exclus. Synon.)

P. elatior *γ*. Columnae *Lehm.* Monogr. p. 54.

Nascitur in Apenninis praetutian; (*Colonna*, *Tenore*); vulgatissima in montibus di *Lesime* et *Boglelio* (*Balbis*, *Moretti*, *Vittadini*, *Balsamo*, *Géné*, *Tatti*).

5. *Primula Auricula* Linn.

P. foliis ovato-spathulatis sessilibus glabris farinaceis, scapo centrali farinoso, involucri foliolis brevissimis rotundatis, calycibus pulverulentis.

P. Auricula *α* *Linn.* Sp. pl. 1. p. 205. *Lehm.* Monog. p. 40. n. 10. *Petagn.* Instit. 2. p. 332. *Tenor.* Fl. nap. 1. p. 56. n. 51. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 229. n. 328. (exclus. var. *ζ*.) *Ber-*

tol. Am. ital. p. 341. *Comol.* Com. pr. p. 31. n. 216.

P. lutea *Vill.* Fl. delph. 2. p. 469.

Habit. in Alpibus et Appenninis haud rara.

6. *Primula marginata* CURT.

P. foliis lanceolato-ovatis, obtusis, crenato-dentatis glabris albo-marginatis, scapo multifloro, corollae limbo plano.

P. marginata *Curt.* Botan. mag. 191. *Balb.* miscel. alter. p. 9. *Lehm.* mon. p. 47. n. 14. *Weld.* mont. ros. p. 66.

P. Auricula *Vill.* Dauph. 2. p. 469. fid. spec. in Herb. *Bosc.* nunc Prof. *Morett.*

P. crenata *Lam.* Ill. gen. n. 1936. t. 98. f. 3. *Dec.* Fl. fr. 3. p. 448.

In alp. Valderii *di Entraque* (Bertero!); ad rupes locis umbrosis maritimarum alpium ubique (Balbis! Gay! *Morett.* Hort. sicc.)

7. *Primula ciliata* MORETT. *non* SCHRANK.

P. foliis obovatis obtusis grosse-serratis margine ciliatis, umbella erecta, laciniis calycinis ovatis pubescenti-villosis.

P. ciliata *Morett.* Notiz. piant. Vicent. (1815) pag. 7. ic. ed. 2. in Mem. 1. p. 249. n. 16. ic. bona.

P. *Balbisii Lehm.* Monog. (1817) p. 45. n. 12. *Sprengel* Syst. veget. 1. p. 574.

P. Auricula var. ζ. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 229.

β. foliis integerrimis. *Morett.* l. c. p. 250.

Habitat in monte Summano (*Moretti*!); in alp. Tirol. (*Cristofori*! in herbar. *Mor.*)

8. *Primula palinuri* Petagn.

P. foliis obovato-spathulatis crenatis glabris, scapo laterali foliis longiore, corollae limbo plano.

P. palinuri *Petagn.* Instit. botan. 2. p. 332. *Tenor.* Flor. napol. 1. p. 56. t. 14. *Jacq. fil.* Eclog. bot. 1. p. 63. t. 43.

Alisma sive Damassonium Dioscoridis *Columm.* Phytobaz. ed. 1. p. 18. t. 17. ed. *Planc.* p. 14. t. 5.

In rupibus Palinuri Calabriae abunde provenit (*Petagna*, *Tenore*, *Morett.* Hort. sicc.)

Radix crassa, carnosa, fibrillis ornata, odora, acris. Folia radicalia e gemmulis radicis in rosulam conformata, spathulata, serrata, in petiolum decurrentia, glabra, succulenta, viridi-flavescentia. Scapus solitarius non e centro, sed e latere foliorum assurgens, teres, pedalis et ultra. Inflorescentia umbellata, umbella ad meridiem nutante. Involucrum polyphyllum, unico foliolo majore, ejusdem naturae et formae ac folia radicalia, persistens. Flores ad 50. pedunculati, farina alba obtecti, et foliolis receptaculi tamquam bracteis distincti. Calyx floris semi-5-fidus, etiam octofidus, campanulatus, angulatus, farinosus persistens. Corolla lutea tubo longissimo, fauce ven-

tricosa, limbo infundibuliformi, angulato quinquefido, laciniis ovatis, emarginatis. In fauce hiante annulus elevatus glandulosus maculis albis pulverulentis. Stamina brevissima tubo corollae inserta. Antherae erectae biloculares. Stylus persistens. Stigma capitatum. Calyx fructus globosus, quinquedentatus, capsulam sphaericam unilocularem tegens. Semina plurima receptaculo fungoso affixa. *Petagn.* l. c.

9. *Primula integrifolia* Linn.

P. foliis ellipticis integris ciliatis, umbella pauciflora, calycibus tubulosis 5-fidis obtusissimis.

P. integrifolia *Linn.* Sp. pl. 1. p. 205. *Comol.* Com. pr. p. 31. n. 217. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 230. n. 330. (non *Marzari*) *Gaudin.* Fl. helv. 2. p. 93. n. 448. (exclus. synon. Flor. Danic.) *Reichenb.* Pl. crit. cent. 6. t. 584. f. 802-3. (P. Candolleana) fid. *Gaudin.*

Habitat in cacuminibus alpium *della Spluga*, *Braulio* etc. (*Lanfossi*!); *Comollius*! legit in alpe comensi Legnone, et teste *Pollinio* oritur in pascuis Baldi et summani mont.

10. *Primula Polliniana* Morett.

P. foliis obovato-obtusis, integris, glabris crassiusculis, umbella 3-5-flora erecta, calycibus tubulosis 5-fidis. *Morett.* Fl. ital. ined. ex ej. Hort. sicc.

P. carniolica *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 231. n. 331. non *Jacquin*, nec *Wilden.*

P. integrifolia *Marzar!* El. vicent. p. 22. *Turr.* Veg. Mont. Bald. in Giorn. d'Ital. 1. p. 119. n, 32.! Flor. ital. prod. p. 20. (non *Linn.*)

an P. venusta *Host.* Flor. austr. 1. p. 248?

Auricula ursi flore purpureo *Seguier* Pl. veron. 1. p. 199. n. II.

Haec species a praecedenti differt, ex eo quod calyces tubulosos, longos, folias obovatas subterque nervoso-venosas, exhibet.

Provenit etiam una cum P. *ciliata* n. 7. in pratis Montis Summani, nec non super Baldum aliosque Tiroli italici montes. Floret Aprili, Majo.

11. *Primula glaucescens* Morett.

P. foliis lanceolatis vaginantibus lucidis, integerrimis, margine albo cartilagineis, subtus laevissime multinerviis glaucescentibus, calycibus profunde 5-fidis, acutis, coloratis *Morett.* Pl. ital. dec. IV. (1822) p. 9. n. 35. *Sprengel* Syst. veg. 1. p. 576. *Comol.* Com. prodr. p. 31. n. 218.

P. calycina *Duby*, ap. *Gaudin* Fl. helvet. (1828) 2. p. 94. n. 449. *Reichenb.* pl. crit. Cent. 1. p. 32. t. 34. f. 70.

Mert. et *Koch* Deutschl. Fl. 2. p. 116. n. 596. excl. syn. *Sturm.*

P. carniolica! *Mairon.* Berg. ed 2. p. 44. (non *Jacq.*)

Radix carnosa, nigra, crassitie digiti minimi, oblique se erigens, fibris longis subdivisis praedita. Folia confertissima in modum rosae disposita, vaginantia, lanceolata, acuta, supra lucida, subtus glaucescentia, leviter multinervia, nervis simplicibus obliteratis, margine subintegerrimo, albo. Scapus 4-uncialis, teres crassitie aequalis, superne nutans, glaber. Involucrum 3-phyllum, foliolis erectis lineari-subulatis, subviolaceis. Umbella subtriflora; pedunculis inaequalibus semiuncialibus, involucro brevioribus. Calyx tubulosus, erectus 5-partitus, coloratus; laciniis lanceolatis, acutis. Corolla hypocrateriformis purpureo-violacea; limbo plano, laciniis subbilobis, obtusis. Stamina brevissima in fundo tubi exposita, quorum antherae oblongae tenuissimo filamento insertae. Stylus erectus, filiformis longitudine fere laciniarum calycis: stigma globosum. Capsula globosa.

Obs. Unica species cum qua haec conferri potest, est primula integrifolia *Linn.* Attamen ab ipsa differt, quod exhibet folia lanceolata, non elliptica, calyces 5-partitos laciniis acutis, non quam maxime obtusis. Dein foliorum color in nostra specie glaucescens, sed in Primula integrifolia viridi fuscus, alteram facile ab altera distinguit. l. c.

Praecept. *Morett.* ait: jam ab annis triginta optimus praeceptor, et amicus meus Professor *Scannagata* pulcherrimam hanc speciem monte *Corni di Canzo* in superiori agro mediolanensi

evulsit. Abeunte anno 1819. *D. Duby* botanicus genevensis nonnulla hujusce plantae specimina in eodem monte collecta mihi largitus est; et hoc anno egomet ipsam florescentem inveni mense maii in peregrinatione botanica una cum clariss. Dynaste chiliarco *De Weldenio* illuc peracta.

12. *Primula carniolica* Jacq.

P. foliis ellipticis integerrimis glabris in petiolum dilatatum desinentibus, umbella pauciflora, calycibus brevissimis.

P. carniolica *Jacq.* Flor. austr. 5. app. p. 28. t. 4. *Host.* Synops. austr. p. 98. ed. 2. 1. p. 250.

P. integrifolia *Scopol.* Fl. carniol. ed. 2. 1. p. 133. n. 208. exclus. omnib. synon.

Habit. in monte Cren (*Morett.* Hort. sicc.)

13. *Primula glutinosa* Jacq.

P. foliis oblongis, obtusis, glutinosis apice serratis, involucri foliolis coloratis maximis.

P. glutinosa *Jacq.* Fl. austr. app. p. 41. t. 26. *Pollin.* Flor. veron. 1. p. 228. n. 327.

Auricula ursi septima *Clus.* Hist. 1. p. 304.

In alpibus Tirolensibus, praesertim *della valle Sugana*, reperitur (*Pollini* l. c.) *Morettius* legit in alpibus Carinthiacis et Stiriacis.

Omnibus hujus generis speciebus praesens odorosior est, et proprietatibus medicinalibus forsan

praestantioribus pollet. Usque vero ad hoc tempus nullo medico adhibita fuit. A Tirolensibus in commercium traditur atque ad Constantinopolim mittitur, ubi pharmacopolae destillationis ope odorosum ex ea liquorum eliciunt. (*Parolini* ex *Mor.* Hort. sicc.)

14. *Primula viscosa* Allion.

P. foliis obovato-linguiformibus subsinuatis integerrimis villoso-viscosis, umbella erecta pubescente multiflora, calycibus brevissimis.

P. viscosa *Allion.* Fl. ped. 1. p. 93. n. 338. fig. 1. *Lehm.* Monog. p. 71. n. 31.

Habitat ad rupes circa thermas Valderii (*Bertero*! in herb. *Morett.*)

15. *Primula mycrocalyx* Lehm.

P. foliis obovato-cuneiformibus profunde dentatis glabris, umbella multiflora, involucri foliolis rotundato-ovatis minimis, calycibus brevissimis hyantibus *Lehm.* Monogr. primul. n. XIII. p. 46. t. IV.

P. marginata β mycrocalyx *Morett.* Fl. ital. ined. ex ej. Hort. sicc.

Hab. ad rupes in alp. Valderii di Entraque (*Bertero*! in Herb. *Morett.*)

16. *Primula villosa* Jacq.

P. foliis ovatis cuneatisve superne crenato-serratis obtusissimis, viscidis, glanduloso-pubescentibus, calycibus campanulatis tubo fere triplo brevioribus.

P. villosa *Jacq.* Miscell. 1. p. 159. Flor. austr. 5. app. t. 27. *Morett.* Notiz. in mem. 1. p. 248. *Pollin.* Fl. ver. 1. p. 228. n. 326. *Duby.* et *Decand.* Bot. gall. 1. p. 384. n. 6. *Lehm.* Monogr. p. 77. n. 35. *Comol.* Com. pr. p. 31.

P. viscosa *Vill.* Dauph. 2. p. 467. *Decand.* Fl. fr. 3. p. 449. n. 2372. *Gaud.* Fl. helv. 2. p. 89. n. 445.

P. hirsuta *Allion.* Fl. ped. p. 93. n. 337. *Villars.* Dauph 2. p. 469.

P. pubescens *Lehm.* monogr. p. 75. n. 34. *Re* Flor. segus. p. 19.

P. ciliata *Schr.* Fl. salisb. n. 186. *Lehm.* monogr. p. 79. n. 36. *Braun*! Salzb. Fl. 1. p. 162.

P. latifolia *Lap.* Abr. de Pyren. p. 97. Fid. specim. in Herbar. *Bosc.* nunc Praecept. *Morett.*

Habitat in alpibus pedemontii; in *Legnone*, *Sempronio*, *Vette di Feltre* etc. Provenit adhuc in montibus editioribus *vallem Trompia* dictam circumdantibus provinciae Brixiensis praesertim in rupibus montis *Muffetto* (*Zantedeschi*! *De Notaris*! *Comolli*! *Badarò*! *Bertero*! *Morett.* Hort. sicc.)

625

17. *Primula Allionii* Lois.

P. foliis obovato-cuneiformibus pubescenti-glutinosis subintegris incanis, scapo 1-2-floro foliis breviore, calycibus ovatis obtusis tubo vix triplo brevioribus. *Lehm.* Monogr. p. 83. n. 38.

P. Allionii *Lois.* Notic. p. 38. t. 3. f. 1.

P. glutinosa *Allion.* Auct. Fl. ped. p. 6. n. 338. (non *Jacquin.*)

Habitat in fissuris rupium locis umbrosis, quae pluvia non aluit, neque sol percellit, *circa la Madonna delle fenestre* (*Allioni*, *Balbis*! *Moretti* Hort. sicc.)

18. *Primula minima* Linn.

P. foliis nitidis cuneiformibus apice argute serratis, scapo paucifloro, corollae laciniis semibifidis Γ graecum referentibus, fauce villosula.

P. minima *Linn.* sp. pl. 1. p. 204. *Lehm.* monogr. p. 85. n. 39. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 230. n. 329. *Suffr.* Frioul. p. 205. *Sternb.* Reis. in die Rhet. alp. p. 59.

In montibus tirolensibus *della valle Sugana*; (*Pollini*), et teste *Cernazajo* oritur in Carniae montibus.

19. *Primula farinosa* Linn.

P. foliis cuneato-lanceolatis rugosis crenato-dentatis, subtus farinosis, umbella erecta, corollarum limbo plano.

P. farinosa *Linn.* sp. pl. 1. p. 205. *Lehm.* monogr. p. 52. n. 17. *Pollin.* Fl. veron. 1. p. 228. n. 325. *Suffr.* Frioul. p. 121. *Birol.* Fl. acon. 1. p. 65. *Allion.* Fl. ped. 1. p. 92. n. 334. *Re* Flor. segus. p. 19. *Ucr.* Hort. panhorm. p. 86?

In omni alpium catena, et usque ad planitiem descendit.... Ubi copiose nascitur in pratis, ibi semper indicat solum udum spongiosum. *Lehm.* l. c.

20. *Primula longiflora* Allion.

P. foliis ellipticis, subtus farinosis, umbella nutante, corollae tubo longissimo.

P. longiflora *Allion.* Flor. ped. 1. p. 92. n. 335. t. 39. f. 3. *Weld.* Mont. ros. p. 66. *Jacquin*, Miscel. austr. 1. p. 159. n. 7. ejusd. Fl. austr. app. t. 46.

Nascitur in alpibus Garrexii *le Carense*; in valle Macre prope la *Brusà*, et in alpibus *di Vraita* (*Allioni*, *Balbis*!) In mont. della *valle di Fieme*. (*Scopoli*), atque in monte Rosa (*Welden.*)

Virtus Medica Primularum.

Omnes inter primularum species hucusque exaratas Primula officinalis tantum et Primula Auricula Medicinae inserviunt. Folia ac praecipue flores in hujusmodi usum veniunt. Et primitus de medicis primulae officinalis virtutibus, licet aevo nostro perraro adhibeatur, aliquid referam. Hujusce plantulae flores, caeteris praetermissis principiis, oleo probabiliter aromatico informantur, nervis amico, quod licet eorum vim excitare immo robur addere queat, nimis graviter tamen ipsos haudquaquam adficit. Officinis vero aquam distillatam et conservam primulae officinalis largiuntur; quae in apoplexia ac paralysi, praesertim linguae, ejusque haesitantia proficue usurpantur (1).

Aqua ab unc. jv. ad vj., conserva vero ab unc. ÷ ad unc. j. praescribitur, quin ullum adjungatur pharmacon, vel interdum quaedam opiata, ubi nullum obstet momentum, una porriguntur.

Distillationis ope spiritus quoque elicitur iisdem praeditus facultatibus, cujus tamen virtus magis evoluta cum sit, majorem aeque prudentiam quoad dosim injungit. Horum quoque florum infusum in aqua ferventi ceu potus theatus praescribi solet. Pugillus

---

(1) Chomel. l. c. et Barthol. in Eph. N. C. Dec. 1. Ann. 2. obs. 2. p. 4.

nempe unus in aquae unc. vj. aut man. ÷ in jusculo vitulino usurpatur.

Rajus refert, foliorum ac florum succum aequali vaccini lactis quantitati commixtum capitis inveteratum ac pertinacem dolorem sanasse; testaturque etiam cum *D. Hulse* radicum decoctionem optimum vertiginem adversum suppeditare remedium. Nec reticendum praeterea, clar. *Unzer* primulae officinalis folia aegrotis lactumine adfectis opitulari, compertum habuisse (1).

Quoad externum primulae officinalis usum, ejus flores cataplasmatis forma in arthriticis doloribus, ac articulationum morbis aliquando efficacissimi deprehenduntur. *Bartholinus* ait, paralyticum in sinistro latere sanasse fomento ex cerevisiae spiritu parato in quo primula veris ebullit — *Schorderius* veluti optimum remedium depraedicat acetum, quod infusam hujusque plantae radicem recepit, ad dentium dolores sanandos, dummodo naribus inspiretur.

Florum succus aut aqua distillata faciem, maculasque cutaneas, linimenti forma usurpatus, detergit.

Flores autem Primulae officinalis, qui a calycibus debent bene esse mundati, celeriter siccati et loco sicco servati, ne pallescant, nonnulla adhuc ingrediuntur pharmaca, olim praesertim commendata, quorum expositionem inane opus esse adnotamus.

---

(1) Unzer Medic. Handbuch. p. 455.

Herba quum omni fragrantia non destituatur, hinc una cum floribus propinata quandoque offenditur. Ob oleraceam tamen naturam apud Anglos ad acetaria placentasque sumitur (1) eidemque officio et apud Bèlgas inservit (2).

Radix quatenus odore anisi et sapore adstringente gaudet, iners aeque substantia non est aestimanda. Pulvis ejusdem naribus attractus sternutationem excitat (3),

Primula Auricula inter remedia absoleta nunc demandatur; vires tamen habet subadstringentes. Radix usurpatur a Venatoribus in Alpibus helveticis et Pyrreneis ad arcendam vertiginem. Auriculi ursi adhibentur radix, folia et flores, qui suaveolenti sunt.

FINIS.

---

(1) Ray. l. c.

(2) Boerhaaw. l. c.

(3) Floyer pharmacobasanos p. 169.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Pharmaca virtute depilatoria praedita melius, quam crudelis capillorum evulsio, tineae medentur.

II.

Aurorae Boreales electro-magneticum phaenomenon sistunt.

III.

Acetum farinae seminum sinapis commixtum remedii virtutem vel imminuere vel destruere queit.

IV.

Vegetabilia, quae ob characterum externorum, internaeque structurae analogiam in unam conferuntur familiam, iisdem vix non semper medicatis informantur virtutibus.

V.

Capilli et prudentia inimicitiam ut plurimum habent.

VI.

Nullum essentiale discrimen, quoad proximam morbi causam, est inter diabetem mellitum et insipidum.

VII.

Fallax est opinio illorum, qui ponunt scirrhum ex diathesi aeque scirrhosa corpori inhaerente oriri.